



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Selectae Christiani Orbis Deliciae ex Urbibus, Templis,  
Bibliothecis, et aliunde**

**Sweerts, Pierre François**

**Coloniae Agrippinae, M. DC. IIX.**

Bellovacii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69234](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69234)

*Audijt orantem madidum de sede beata,  
Reddidit ad questus talia verba meos.  
Desine frater, vt hac capias miracula, vinculus  
Sum liber, moriens viuo, recedo manens.  
Ossa regit lapis hic, liber sed in aethere viuit  
Spiritus, inter vos per mea scripta moror.*

**BELLOVACI.**

IN D. PETRI.

D. DE FOSSE CANONICI.

**N**atus humo, defossus humi, caeleste sepulcrum  
Quero: requirentis iam miserere Deus.  
*Si leuiter coluit te, aut segniter intus amauit,  
Hoc vetus inflixit reptile vulnus homo.  
Ante diem raptor, raptum non deseris, imò  
Eripis, erepto tu mihi vera salus.*

IBIDEM.

*Viue memor lethi, dum res est lata, repente  
Nam mors nocturni furis ad instar, adest.  
Cuiq; mori certum, nihil est incertius hora,  
Viuit eâ sapiens qua cupit arte mori:  
Nec tibi promittas decus ò iuuenile senectam;  
Sape suum candens flos cadit ante diem.*

**BITVRIGIBVS.**

IN D. PETRI.

IACOBO CVIACIO V. C.

*TOLOZA illius, dum quondam Palladia fuit,  
Aluano*